Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui et peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

mulieri

Quorum unus minus. alius amplius debet. Unde sequitur. Duo debitores erant cuidam feneratori. Unus debebat denarios quingentos. et alius quinquaginta. Titus. Quasi diceret. Neque tu absque debito es. Quod si in paucioribus teneris. Non sic liberaberis. quia tu quoque venia egebis. Unum et de venia subdit dicens. Non habentibus illis unde redderent donauit utrisque. Glossa. Nullus enim potest per seipsum a debito peccati liberari: sed diuina gratia ueniam consequatur. Greg. Verumtamen cui debito dimisso amplius largiorem debitorem diligat: pharisaeus interrogatur. Sequitur enim. Quis ergo eum plus diligit. Quibus respondens ille uindicit. Estimo quia is cui plus donauit. Quasi in re notandum est quod dum sua sententia pharisaeus conuincitur quasi freneticus funem portat ex quo ligetur. Unde sequitur. At ille dixit. Recte iudicasti. Enumerantur quae ei bona fecerat: enumerantur et mala fecit multi. Unde sequitur. Et conuersus ad mulierem dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam et cetera. Titus. Quasi diceret. Facile est usus aquae: non est facilis lacrimarum effusio. Tu propriis non es usus: haec effudit non propria. lauans lacrimis pedes meos: lauit maculas proprias. constituit commissi ut peccat sed assimat sacros sudores. Et quibus uenata est ad peccatum iuuentutem: uenata salutem. Criso. Sicut enim ubi uehementes pluuiae prerumpit fit serenitas: sic lacrimis effusis apparet tranquillitas et perit caligo reatuum. Et sicut per aquam et spiritum: sic per lacrimas et per confessionem denuo mundamur. Unde sequitur. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Nam qui uehementer se gesserunt malis: rursus et bonis uehementer insultent. conscii ad quot debita se obligauerunt. Greg. Tanto ergo amplius peccati rubigo consumitur: quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur. Titus. Contingit autem saepius eum qui multum peccauit per confessionem purgari: paucia uero peccantem ex arrogantia non uenire ad confessionis remedium. Unde sequitur. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Criso. Opus est ergo nobis feruenti anima: quia nichil impedit hominem fieri magnum. Nullus ergo constitutus in peccatis desperet. nemo uirtuosus dormitet. nec hic confidat. Saepe enim meretrix praecedet eum. nec ille diffidat. possibile namque est eum et primos superare. Unde et hic subditur. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Greg. Ecce quae ad medicum uenerat egra: sanata est. Sed de salute eius adhuc alii egrotant. Sequitur enim. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui et peccata dimittit? Sed caelestis medicus egros non respicit. quos etiam de medicamento fieri deteriores uidet. Eam autem quam sanauerat per pietatis suae sententiam confirmat. Unde sequitur. Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Quia scilicet hoc quod petiit posse se accipere non dubitauit. Theophil. Postquam autem ei peccata dimisit: non sistit in remissionem peccati sed adiecit operationem boni. Unde subdit. Vade in pace. id est in iustitia. Nam iustitia est pax hominis ad deum sicut peccatum est inimicitia inter deum et hominem. Quasi diceret. operare omnia quae ad pacem dei te ducunt. Ambr. Hoc autem loco plerisque patres uidetur scripsisse quod omnes iii uideantur euangelistae concordasse de fide. Grecus. Quia et non euangelistae dicunt Christum unctum fuisse unguento a muliere: tres puto fuisse mulieres. ex personarum qualitate. ex modo agendi. ex differentia temporum. Iohannes quidem narrat de Maria sorore Lazari. quae sex diebus ante pascha unxit pedes Ihesu in propria domo. At Matheus postquam